nivit [u] et ibidem castrum forte in [v] allodio b. Petri construxit. Tandem dux Lymburgensis cum aliis nobilibus de consanguinitate comitis Iuliacensis defuncti terras episcopatus [w] hostiliter invadentes [x] dictum opidum Tulpetense obsederunt [y]. Propter vero resistentiam dicti domini Syfridi, qui semper adversariis viriliter se opposuit, ipsi ab obsidione dicte municionis in nocte recesserunt. Post longam itaque guerrarum fatigationem me-

1279 oct. 14. diantibus amicis[47] pax inter dictas partes intervenit, municionibus per archiepiscopum [z] captis ad comitatum Iuliacensem, que confracte nondum fuerant, restitutis. Tandem dictus Syfridus archiepiscopus in cunctis pro viribus ecclesie gerens animum indefessum obsedit castrum Karpene [a] potenter [b] octo septimanis [c] et obtentum [d] incendio devastavit in contemptum videlicet Iohannis ducis Brabancie, qui illud sibi comparaverat [e] ab heredibus de Gymnich [f][48], quod tamen castrum per dictum ducem fuit [g] postmodum forcius [h] reparatum. Et hoc quidem [i] seminarium [k] fuit odii atque rancoris [l] inter dictum archiepiscopum Coloniensem et ducem Brabancie +. Inter quos surrexit postea dira [m] belli materia, prout inferius apparebit. Idem quoque Syfridus archiepiscopus (continue) bellis vicinorum [n] ecclesie pulsatus duabus vicibus ducens exercitum adversus [o] Adolphum [p] comitem de Monte tandem veniens cum ipso ad concordiam compulit eundem comitem deponere duas turres, quas ad fortalicia contra ecclesiam fortiter muniverat [q], videlicet in Molenheym [r] et Munheym [s], cum pacto quod reedificari non debeant, ad perpe-

[47] Scil. Godefrido comite Seynensi; v. dipl. ap. Lac. p. 429.

[48] v. litteras quitanciae dat. 1289 domin. post oct. purif. in Dyntheri chron. II p. 453 (ed. de Ram in Collection des chroniques Belges t. XIV–XXI).

+ codd. 5 (6) et 6': qui propter hec (hoc 6) et alia guerrarum incentiva (intestina 6) ad cruenta bellorum discrimina postmodum convenerunt.

u) comminuit 4.4'.4". v) in deest 3. w) episc. deest 4.4'.4". archiep. 2. x) invadens 2. y) obsiderunt 2. z) episcopum 4.4'.4". a) Kerpenam 1. Carpene 2. in Kerpena 3. Kerpene 4'. b) obsed. potenter 4.4'.4". potenter deest 3. c) ebdomadis 4.4'.4". d) obtento 1.4.4'.4". e) comparavit 3. f) Gimnich 4.4'.4". g) fuit deest 1. h) in forcius 3. i) Quod quidem 1. k) in semin. 3. l) rancorum 4.4'.4". m) diri 1. duci(!) 4.4'.4". n) vicinorum deest 1. o) adversum 3. p) Adulphum 2. q) munierat 2.4.4'.4". r) Mulenhem 1. Moelenheym 3. Molenhem 4.4'.4". s) Munhem 1. Monheym 3.